

DIPTICO DE PINTURA TRECENTISTA MALLORQUINA

I. UNA APELACIÓN DEL PINTOR PERE CORTS (1326)

Al escaso número de piezas documentales de que disponemos en torno a los pintores mallorquines primitivos creemos que es útil añadir ahora la que publicamos en apéndice, y nos facilita algunos datos sobre Pere des Corts (*Petrus de Cursu*) y Pere Corts (*Petrus de Curtibus*).

Se trata de dos pintores muy poco conocidos y que, por la similitud de sus nombres, podían ser confundidos erróneamente o bien identificarlos como uno solo. Esto no podrá acaecer ahora desde el momento en que en el documento que hacemos público se enfrentan — y por tanto se contradistinguen el uno y el otro —, tratándose de una apelación jurídica sobre la conducta de Pere Corts, en quien, entre otros extremos de acusación, recaía un robo realizado en 1326 en el domicilio de Pere des Corts...

La apelación recuerda los nombres de algunos otros pintores conocidos de su tiempo, aunque no facilite apenas dato alguno sobre sus personas: se mencionan a Francesc d'Albereda (17), a Bernat Salvat (18), a Joan Loert (19), los cuales adoptan una actitud de silencio cuando se les pregunta acerca de la conducta de su compañero de oficio. Por lo que atañe a otros personajes conocidos también suenan los nombres del viejo pintor Martí Maiol y sus dos hijos Martí, *junior*, y Bernat, los cuales salen tan mal parados desde el punto de vista moral, como ya conocíamos por la documentación hasta ahora publicada (24 a 29). Se alude de pasada a una cuestión habida entre Martí Maiol y Pere Corts, por razón "de una griega" (27), y a otro escándalo por la posesión de un cuchillo que debió poner en vilo a toda una calle, cuyo nombre se calla. De Bernat se nos repite que tenía fama de mujeriego (30 a 36).

Desde luego la inquina entre los Maiol y Corts debía ser profunda, dado que se extiende incluso a una acusación de robo de una "pedra de brunyir" que sería propiedad de Pere des Corts y que Pere Corts se había llevado para su arreglo a un tal Jaume Valentí — que bien podría ser el Jaume Valentí, conocido asimismo de antiguo como pintor de estos años (10, 20).

Lo curioso del caso es que cuando llega el momento de declarar Pere des Corts contra Pere Corts por el robo de una caldera con ropa

personal (un *farset*, etc.) acaecida de noche, como dijimos, en 1326, hallándose dicho pintor inculpatado durmiendo en el domicilio del otro — ¿su maestro acaso? — se mantiene en posición neutral y no dice nada que le pueda perjudicar [4, 6 y 10].

Las varias acusaciones de mala conducta contra Pere Corts van desde el campo del hurto, conforme indicamos, y que se complica hasta el extremo de que al pobre hombre incluso le pilla de noche la vigilancia nocturna — el *cap de guaita* — y le arrebata una capa forrada de piel de conejo, por pensar que era hurtada, y al aclararse la cosa resulta que era la que había llevado su mujer Catalina el día de la boda (1, 2, 5), y acaba por extenderse al de la moralidad dudosa en sus relaciones con una cierta “dona Jacmeta” (11 a 15)...

Hasta el fin nadie es dichoso, dice el título del famoso drama. También aquí debió acaecer lo propio. Por lo menos dichoso aparece el acusado al ser declaradas nulas las pruebas aducidas en contra suya. La mujer de Pere des Corts queda en cambio mal parada, como bebedora, por lo menos, y quizás tengamos que verla a ella también maquinando contra nuestro protagonista como los Maiol, que son reconocidos verdaderos enemigos capitales suyos por algunos testigos. Curioso que entre éstos abunden los “freneros”, gremio que, como es sabido, en sus inicios tenía mucha relación con el de los pintores.

El documento, pese a su pesadez, resulta interesante porque echa un vistazo a la sociedad ciudadana, mezclando en ella a diversos pintores contemporáneos. En la práctica se advierte como debía ser difícil el diferenciar a los dos pintores Corts: véase la expresión de la esclava de los Santacilia que, refiriéndose a Pere des Corts, en 1326, le dice, en frase literal coloquial: — *Veus, senyer En Cors, la porta de la cuyna es oberta!*

Por otro lado en el apéndice documental de la disertación sobre *La pintura medieval mallorquina, su entorno cultural y su iconografía*, de uno de los firmantes de esta nota, se menciona, en una noticia antigua reexhumada por Marcel Durliat, a Pere des Cos, esposo de Margarita — nuestro Pere des Corts ciertamente — en 1319 (Doc. 54) relacionado con un pintor de Barcelona: Berenguer de Roca.

Por lo que atañe a Pere Corts tenemos más noticias suyas entre 1348 y 1361, las cuales nombran a su esposa Catalina, mencionan diversas relaciones, entre ellas con el palacio episcopal, y se ve que el Ayuntamiento en 1349 le paga algunos trabajos menores (Docs. 71 a 75).

Tampoco son despreciables los elementos para retrotraer a los pintores que se mantuvieron mudos a la fecha de nuestro proceso (1336): Albareda, estaba citado en 1328 (Doc. 56), Salvat en 1355 (Doc. 88) y Loert — el presunto Maestro de los Privilegios — tenía fechas que comprendían entre 1328 y 1344 y 1351 — porque entre estos dos últimos años sin duda hubo de morir (Docs. 61 a 66).

DOCUMENTO DE APELACION JURIDICA DEL PINTOR PERE CORTS

31-8-1336

Pridie kalendas septembris anni Domini MCCCXXXVI. Contra Petrum Corts.

Die et anno predictis, discretus Guillermus Figario, iurisperitus Maioricarum, recepit quamdam litteram regiam patentem, sigillo regio in dorso sigillatam, cuius tenore talis est:

Jacobus, Dei gratia, rex Maioricarum, Comes Rossilionis et Ceretaniae ac dominus Montispesulani, fideli nostro Guillermo Figario, iurisperito Maioricarum, salutem et gratiam.

Causam appellationis emisse per Petrum Corts a quadam sententia lata per Raimundum de Ciparie, super quadam causa quae, inter procuratorem nostri fisci ex una parte agentem et dictum Petrum Corts ex altera deffendentem, vertebatur super quodam furto de quo delatus extitit idem Petrus, vobis tenore presentium audiendam committimus ac eam fine debito terminandam vocatis qui fuerint evocandi.

Datum in civitate Maioricarum, quarto kalendas septembris anno Domini MCCCXXX sexto.

Per Franciscum de Pulcro Castro et Arnaldum de Podioplano [?], clericum.

Pridie kalendas septembris anno Domini MCCCXXXVI comparuit Petrus de Nogaria, defensor dicti Petri Corts et obtulit quod sequitur:

Dicit Petrus de Nogaria, defensor predictus, quod venerabilis et discretus Raymundus de Ciparie potius debuisset absolvisse dictum Petrum Corts quam condemnasse et hoc rationibus infrascriptis:

Primo, quia quantum est de prima causa contra ipsum Petrum denunciata non constat, nec est probatum dictum Petrum Corts comis-sisse contenta in dicta denuntiatione.

Secundo, quare secunda inquisitione contra predictum Petrum facta non fuit assignatus terminus eidem Petro de Nogaria ad obiciendum contra testes et personas ac dicta eorum. Et ideo replicat quod in hoc fuit multum et enormiter lesus et agravatus et quod dicta sententia non debet procedere de iure, cum non fuerit observatus ordo qui servari debet.

Ad hostendendum de iure suo et de inmunitate sua et partis sue facit Petrus de Nogaria, defensor predictus, positiones et capitula que sequuntur:

I. Primo ponit et probare intendit quod illa et eadem capa quam Petrus Pastoris, caput excubiarum, invenit penes predictum Petrum Corts nocte contenta in testimonio Arnaldi Pedrós erat uxoris iam dicta Petri Corts.

II. Item ponit et probare intendit quod illa et eadem nocte et per totam illam noctem in qua asserit Margarita, uxor Petri de Cursu pictoris, sibi furatum esse quandam concham et calderiam plenam pannis lini, dictus Petrus Corts cubuit et jacuit in domo predicti Petri de Cursu.

III. Item ponit et probare intendit quod ora medie noctis illius in qua fuerunt furate predictae res fuit denuntiatum per dictam Margaritam quod coquina eiusdem hospitii erat aperta.

IIII. Item ponit et probare intendit quod illa ora predictae medie noctis erat dictum Petrum Corts in dicta domo eiusdem Margarite.

V. Item ponit et intendit probare quod dictum farssetum et linteamina contenta in dicto et testimonio Petri Corormi [?] fuerunt commandata per dictam Guillermam contentam in predicta atestatione eidem Petro Corts.

VI. Item ponit et probare intendit quod lapis **de bruniyr** predictus contentusque in dicto et atestatione Bernardi Mayolli, filii Bernardi Mayolli, fuit comodatus per Petrum de Curssu pictorem eidem Petro Corts.

VII. Item ponit et probare intendit quod dictus Petrus Corts est homo simplex ac simplicis conditionis et bone fame et de predictis est veritas et fama et comunis opinio.

Nonas septembris anno predicto comparuit Guillermus Lombarda, procurator fisci, et obtulit quod sequitur:

Salvo iure impertinentium capitulorum et quod non admittitur ad probandum si de iure admitti non debetur respondet Guillermus Lombarda, procurator fisci, dictis capitulis et non creditu contenta in eis in quantum faciunt contra curiam.

Et incontinenti fuerunt novem dies peremptorii assignati dicto Petro Nogarie ad probandum quidquid probare voluerit super predictis ad obiciendum contra [dicta] et personas testium productorum per curiam contra Petrum Corts pictorem, facit dictus Petrus Corts obiectiones quae sequuntur:

Primo dicit et obicit contra dictum testimonium Margarite, uxoris Petri de Curssu, pictoris, et etiam contra personam eiusdem Margarite quod ipsa Margarita testatur super re propria et testes attestant super re sua et propria non est audiendus ipso iure et in illo facto super quo testatur est singularis. Item quod ista Margarita est mulier male conditionis et ebria et quae frequenter taliter bibit quod sensum amittit.

Item dicit et obicit contra testes et dictum seu atestationem Martini pictoris quod ipse Martinus est homo qui multum inimicatur eidem Petro Corts et in tantum est inimicus quod procuraret et procurat cotidie ac tractat omne malum et detrimentum contra ipsum Petrum Corts et etiam persecutus fuit et nunc persequitur dictum Petrum Corts in presenti causa.

Item dicit et obicit contra dictos et personas Martini Mayolli et Bernardi Mayolli filii sui quod sunt inimici capitales dicti Petri Corts et quod propter inimicitiam, rancorem et malam voluntatem quam adversus ipsum intulit, deviarent se ab omni veritate et, obstantibus predictis, dictus Bernardus est homo ritxosus et qui vadit hinc inde per bordellos comedere et bibere et non obstantibus predictis dictus Martinus habuit bricam cum dicto Petro Corts pro quodam gladio **de escarnar**.

Et ad probandum predicta facit dictus Petrus Corts capitula quae sequuntur:

Primo asserit et probare intendit dictus Petrus Corts quod Margarita, uxor Petri de Curssu, est mulier male conditionis et bibula et quae frequenter inebriat se.

Item intendit probare quod dictus Martinus pictoris est inimicus capitalis dicti Petri Corts et qui tractat et procurat omne malum et detrimentum contra dictum Petrum Corts et qui in hac inquisitione est persecutor ipsius Petri et inquiretur [sic] si possit invenire aliquid quod esset perniciosum et contra bonos mores contra eundem Petrum Corts.

Item intendit probare quod dictus Martinus Mayolli est inimicus capitalis eundem [sic] Petri Corts et quod habuerunt bricam ad invicem propter quandam farrusiam gladii **de escarnar**.

Item intendit probare quod Bernardus Mayolli est homo vilis et vilis conditionis ac pessime fame qui vadit per tabernas et per bordella et per domos meretricum ac vilium mulierum.

Et ad ostendendum ipsius [sic] Petri Corts et quod ipse alia de causa iniverat domina predicta Jacmeta contentam in prima inquisitione nisi ut haberet copulam carnalem cum eadem Jacmeta eo quia ipsa est talis conditionis quod ad talia adscentiret, propter hoc dictus Petrus Corts facit capitula quod sequuntur:

Intendit probare quod dicta Jacmeta, uxor Bernardi de Podio quondam est mulier vilis ac vilis conditionis et male fame quare contra eam est appositum quod habuit rem carnalem cum pluribus hominibus et de predictis est fama inter plures eam cognoscentes.

Item intendit probare quod de predictis omnibus et singulis est veritas et fama et communis opinio.

VII calendas octobri anno predicto comparuit Guillermus Lombardi, procurator fisci et obtulit quod sequitur:

Et Guillermus Lombardi, procurator fisci, respondet dictis capitulis et non credit contenta in eis in quantum factum contra curiam.

Et incontinenti fuerunt novem dies assignati dicto Petro Noguerie ad probandum quidquid probare voluerit super predictis, hos testes produxit Petrus de Nogueria, defensor Petri Corts super capitulis per ipsum oblatis.

VII idus septembris anno Domini MCCCXXXVI

- [1]. Petrus Pastoris, caput excubiarum, testis juratus et interrogatus, super primo capitulo et dixit super ipso fore verum quod iste invenit hora simboli latronis dictum Petrum Corts tenentem quandam capam listatam cum penna alba cirogrillorum ac cum iste testes audivisset dici quod dictus Petrus erat male fame abstulit sibi predictam capam et posuit ipsam dicta nocte in domo Petri barbitonsoris videlicet qui moratur in platea curiae et in crastinum iste audivit dici a personis vicinatus dicti Petri barbitonsoris videlicet a Martino pictoris et ab aliis de quorum nominibus non recordatur quod dicta capa erat uxoris dicti Petri Corts et quod magnum malum iste testis faciebat pro eo quare non redderet uxori predictae Petri Corts dictam capam et tunc iste testes dixit dicto Petro barbitonsoris quod redderet sibi dictam capam. Interrogatus de tempore et dixit quod bene sunt II anni lapsi. Interrogatus super II, III, IIII, V, VI, VII capitulis et dixit super ipsis nihil scire. Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non.
- [2]. Petrus Magistri, barbitonsor, civis Maioricarum, testis juratus et interrogatus super primo capitulo et dixit super ipso fore verum quod illa eadem capa que per dictum Petrum Pastorem caput excubiarum fuit posita in domo istius testis erat firmiter dicte Caterine, uxoris dicti Petri Corts. Interrogatus quomodo scit quod dicta capa esset dicte Caterine dixit quod eo quare iste testis vidit quod cum dicta capa fuit neonupta seu **novia** dicta Caterina. Interrogatus si dicta capa erat munita argento et dixit quod non immo erat cum penna alba cirogrillorum. Interrogatus de tempore et dixit quod bene sunt II anni lapsi. Interrogatus super II, III, IIII, V, VI et VII capitulis et dixit super ipsis nihil scire. Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non.
- [3]. Petrus Raymundi, sagio, testis iuratus et interrogatus super primo capitulo et dixit super ipso hoc scire quod iste testis, una cum dicto Petro Pastoris contento in dicto capitulo, invenerunt quadam nocte, hora simboli latronis, dictum Petrum Corts tenentem quandam capam et cum iste et dictus Petrus Pastoris tali hora invenissent dictum Petrum Corts cum dicta capa timuerunt quod non furatus fuisset ipsam. Iste testis et dictus Petrus Pastoris abstulerunt sibi dictam capam et posuerunt ipsam in domo Petri Magistri barbitonsoris, qui dixit isti et dicto Petro Pastoris quod dicta capa erat uxoris dicti Petri Corts et etiam audivit iste testis dici a Martino pictoris et a pluribus personis de quorum nominibus non recordatur quod dicta erat uxoris dicti Petri Corts.

Interrogatus si dicta capa erat munita argento et dixit quod non immo erat cum penna alba; dixit etiam iste testis quod de mandato vicarii civitatis Maioricarum dicta capa fuit reddita dicte uxori dicti Petri Corts.

Interrogatus de tempore dixit quod bene sunt II anni lapsi et interrogatus super II, III, IIII, V, VI, VII capitulis et dixit super ipsis nihil se scire.

- [4]. Rumia, uxor Bernardi Canalies, testis iurata et interrogata super II et III capitulis super quibus fuit tantum in testem producta de voluntate producentis dixit super ipsis fore verum quod bene X anni lapsi quod ista testis venit de Catalonia et hospitavit in hospicio dicti Petri des Corts in quo vidit ista testis dictum Petrum coniacentem tota nocte in isto hospicio et ista testis simpliciter dormivit dicta nocte in dicto hospicio dicti Petri des Corts et cum ista testis et dictus Petrus Corts et alii de dicto hospicio non dormissent propter malum quod dictus Petrus des Corts pasciebatur et etiam propter quandam filiam parvunculam quam uxor dicti Petri des Corts habuerat non erat unus mensis completus; audivit dici ipsa et dictus Petrus Corts et alie persone que erant in dicto hospicio a quadam baptizata quae secundum videre istius erat d'En Santacilia haec verba: —**Veus, senyer En Cors, la porta de la cuyna es oberta!** et ista et dictus Petrus Corts qui erat ibi pro eo quia in dicto hospicio dormivit dicta nocte et dominus dicti hospitii surrexerunt et viderunt dictam coquinam apertam et recognoverunt et viderunt quia quedam calderia cum aliquibus pannis in qua erat quedam **brage** dicti Petri des Corts et aliqui panni fuit abstracta a dicta coquina.

Interrogata si dictus Petrus Corts fuit presens quando recognoverunt predicta et dixit quod sic, ut supra iam dixit.

Interrogata si a dicta domo dictus Petrus Corts recessit dicta nocte et dixit quod non et aliud nescit super dicto capitulo.

Interrogata si est instructa vel subornata et dixit quod non.

- [5]. Jacme Suberges [?], olim sagio, testis iuratus et interrogatus super primo capitulo, super quo fuit tantum in testis productus de voluntate producentis, et dixit super ipso hoc scire: quod quandam noctem iste et Petrus Pastoris, caput excubiarum, ac alii sagiones ibant per civitatem Maioricarum, ut est fieri assuetum per capita excubiarum, et cum fuerunt prope hospitium de Revells invenerunt dictum Petrum Corts contentum in dicto capitulo, tinentem subtus quandam capam listatam cum penna alba cirogri-llorum, et cum iste testis et alii de dicta excubia invenissent dictum Petrum tali ora, timentes quod dictus Petrus non furatus fuisset dictam capam abstulerunt ei dictam capam et illa eadem nocte iste testis posuit dictam capam in domo Petri Magistri barbiton-

soris. Et in crastinum dicte noctis iste testis ad instantiam et requisitionem dicti Petri Corts ac de mandato domini vicarii Maioricarum recepit in testem cum juramento dictum barbitonsorem et omnes vicinos dicte Caterine de quorum nominibus non recordatur cuius erat dicta capa qui dixerunt isti quod dicta capa fuerat neonupta sive **novia**, sic finaliter quod dicta capa fuit reddita dicte uxori dicti Petri Corts coram vicinis dicti vici in quo dictus Petrus Corts morabatur.

Interrogatus de tempore et dixit se non recordari.

Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non.

- [6]. Guillerma Capatis, uxor Benedicti Capati excubiarum quondam, testis iurata et interrogata super infrascriptis capitulis, super quibus fuit tantum in testem producta de voluntate producentis, et primitus super V capitulo et dixit esse verum quod, illo anno quo inclitus dominus Sanctius recolende memorie decessit, ista accomodavit dicto Petro Corts predictum farciatum et dicta lintea mina pro eo quare dictus Petrus rogavit ipsam testem quia amore sui deberet sibi accomodare, quia quidam captivus sui servus venerat hoc Maioricis et quem sibi miserat quendam sororem ipsius Petri de partibus Valencie et pro eo etiam quia dictus Petrus Corts non erat bene indutus et cum ista testes vellet haberi [sic] predicta per istam testem dicto Corts acomodata, Petrus negavit predicta sibi non acomodasse per istam testem; finaliter quod ista testis fecit dictum Petrum mitti in capcione a ministro [?] pictoris huius et recuperavit predicta, aliud nescit super dicto capitulo. Interrogata super VII capitulo et dixit contenta in ipso fore [...]. Interrogata quomodo scit et dixit quare habet notum dictum Petrum a multo tempore citra et de predictis est fama. Interrogata quid est fama et dixit quod id quod plures gentes dicunt.
- Interrogata si est instructa vel subornata et dixit quod non.
- [7]. Sclaramunda, uxor Bernardi Belda, civis Maioricarum, testis iurata et interrogata super VII capitulo, super quo fuit tantum in testem productus de voluntate producentis, et dixit super ipso fore verum quod dictus Petrus Corts contentum in dicto capitulo est homo simplex et simplicis conditionis et bone fame. Interrogata quomodo scit et dixit eo quare dictus Corts fuit vicinus istius testis bene per IIII annos, infra quos vidit quod ipse faciebat et procurabat bene et caute negotia sua et non audivit dici per dictum tempus de ipso Petro aliquod sinistrum nisi omne bonum.
- Interrogata si est instructa vel subornata et dixit quod non.
- [8]. Petrus de Gradu, textor lini, testis iuratus et interrogatus super VII capitulo, super quo fuit tantum in testem productum de vo-

luntate producentis, et dixit super ipso fore verum quod dictus Petrus Corts, contentus in dicto capitulo, est homo simplex et simplicis conditionis et bone fame.

Interrogatus quomodo scit et dixit eo quare dictus Petrus Corts stetit per aliquod tempus in quondam operatorio istius testis quod dictus Petrus procurabat bene et caute negotia sua prout interest boni hominis et per dictum tempus non audivit de ipso dici aliquid malum vel aliquid sinistrum nisi omne bonum.

Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non.

- [9]. Maria, uxor Jacobi de Gradu, textoris lini, testis iurata et interrogata super VII capitulo super quo fuit tantum in testem productam de voluntate producentis et dixit idem in omnibus et per omnia ut dictus Petrus Gradu, filii istius testis supra deponens, nihil addito vel mutato.
- [10]. Petrus de Cursu, pictor, civis Maioricarum, testes iuratus et interrogatus super infrascriptis capitulis, super quibus fuit tantum in testem productus de voluntate producentis, et primitus super II capitulo et dixit super ipso nihil aliud scire nisi quod illa nocte quod dicta calderia plena pannis lini fuit de domo sua abstracta dictus Corts erat in domo istius testis et dictus Petrus Corts a dicta domo istius non recessit.
- Interrogatus super VI capitulo et dixit super ipso esse verum quod dictus Petrus Corts rogavit istum testem quod deberet sibi acomodare dictam lapidem **de brunir** cum esset istius testis et cum hic testes non haberet dictum lapidem in suo posse dixit sibi quod iret et accederet ad Jacobum Valentini, dictus Jacobus dixit sibi quod non acomodaret sibi dictum lapidem nisi diceret sibi iste testes. Et sic iste testes et dictus Petrus Corts iverunt et acceserunt ad dictum Jacobum Valentinum et tunc Jacobus Valentini acomodavit sibi dictum lapidem et aliud nescit.
- Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non. Testes infrascripti fuerunt recepti super capitulis per dictum defensorem postea oblatis videlicet VI kalendas octobris anno Domini MCCCXXXVI.
- [11]. Arnaldus Pericàs, payerius, civis Maioricarum, testis iuratus et interrogatus super V capitulo postea oblato per dictum defensorem et dixit super ipso fore verum quod dicta Jacmeta contenta in dicto capitulo est mulier vilis et vilis conditionis prout iste est certus et etiam quod iste audivit dici a quodam homine, quem noluit nominare, quod ipse habuit rem carnalem cum dicta Jacmeta contenta in dicto V capitulo et predicta etiam audivit dici a pluribus personis de quorum nominibus non recordatur.
- Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non. Item quam partem vellet obtinere in causa et dixit potioem in iure.

- [13]. Agnes, uxor, filia Bernardi Lombardi, testes iurata et interrogata super dicto V capitulo, super quo fuit tantum in testem producta de voluntate producentis, et dixit super ipso nihil scire de certa scientia.
- [14]. Guillelmus Lampayes, carnifex, testes iuratus et interrogatus super V capitulo, super quo fuit tantum in testem productus de voluntate producentis, et dixit super ipso nihil scire excepto quod audivit dici a pluribus personis de quorum nominibus non recordatur quia dicta Jacmeta est vilis sui corporis.
- [15]. Francina, uxor Francisci, basterii quondam, testes iurata et interrogata super dicto V capitulo et dixit super ipso nihil scire de certa scientia cum habeat notam dictam Jacmetam.
- [16]. Francina, uxor Bernardi Barceloní quondam, teste iurata et interrogata super dicto V capitulo, super quod fuit tantum in testem producta de voluntate producentis, et dixit super ipso nihil scire.
- [17]. Franciscus d'Elbereda, pictor, testis iuratus et interrogatus super dicto V capitulo, super quo fuit tantum in testem productus de voluntate producentis, et dixit super ipso nihil scire de certa scientia.
- [18]. Bernardus Salvet, pictor, testis iuratus et interrogatus super dicto V capitulo dixit super ipso nihil scire de certa scientia.
- [19]. Iohannes Loert, pictor, testes iuratus et interrogatus super ipso dicto V capitulo et dixit super ipso nihil scire de certa scientia.
- [20]. Jordana, uxor Jacobi Valentini, testis iurata et interrogata super dicto V capitulo, super quo fuit tantum in testem producta de voluntate producentis, et dixit super ipso nihil scire, excepto quod audivit dici a quadam muliere nomine Na Blanca quod dicta Jacmeta habuerat quendam infantem a quodam homine extraneo et aliud nescit.
- [21]. Valenza, uxor Iohannis de Lobera, testis iurata et interrogata super primo capitulo per dictum defensorem, postea oblata dixit se ipsa nihil scire de certa scientia.
- [22]. Benedicta, uxor Petri Bevengut, civis Maioricarum, testis iurata et interrogata super primo capitulo per dictum defensorem oblato et dixit super ipso fore verum quod ista testes est vicina dicte Margarite, uxoris Petri Descors et quod dicta Margarita est mulier vilis conditionis et quae cotidie vadit ad murum pro quadam filia quae moratur ibidem et etiam est mulier male nutrita, videlicet quod ebriat se quasi cotidie, prout ipsa vidit pluries. Interrogata quomodo scit, pro eo quia est vicina dicte Margarite. Interrogata si est instructa vel subornata et dixit quod non. Interrogata quam partem vellet obtinere in causa et dixit potiorrem in iure.

- [23]. Bevorgada, uxor Iohannis Bovis, curritoris, testis iurata et interrogata super infrascriptis capitulis, super quibus fuit tantum in testem producta de voluntate producentis, et primitus super primo et dixit super ipsum nihil scire. Interrogata super V et dixit super ipso nihil scire, excepto quod audivit dici a pluribus personis de quorum nominibus non recordatur quod dicta Jacmeta contenta in dicto capitulo est mulier vilis corporis sui et aliud nescit super dictis capitulis.
- [24]. Raymundus Podioli, franerius, habitator Maioricarum, testis iuratus et interrogatus super capitulis infrascriptis, super quibus fuit in testem productus de voluntate producentis, et primitus super II capitulo et dixit super ipso se credere verum quod dictus Martinus pictoris est persecutor dicti Petri Corts prout iste vidit pro eo quia iste testes est vicinus dicti Martini propter quod credit quod dictus Martinus est inimicus capitalis dicti Petri Corts. Interrogatus super II capitulo et dixit super ipso fore verum quod dictus Martinus Mayolli et dictus Petrus Corts habuerunt bricam ad invicem ratione contenta in dicto capitulo. Interrogatus de tempore et dixit se non recordari. Interrogatus de presentia personarum et dixit se nescire. Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non. Interrogatus quam partem vellet optinere in causa et dixit potio-rem in iure.
- [25]. Petrus Vives, sartor, civis Maioricarum, testis iuratus et interro-gatus super infrascriptis capitulis, super quibus fuit in testem pro-ductus de voluntate producentis, et dixit primitus super II capitulo quod audivit dici a personis vicinatus istius testis quod dictus Martinus Mayolli est inimicus dicti Petri Corts et aliud nescit su-per ipso. Interrogatus super III capitulo et dixit super ipso nihil scire de certa scientia. Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non.
- [26]. Silia, uxor Jacme de Terradelles, testis iurata et interrogata su-per infrascriptis capitulis, super quibus fuit tantum in testem pro-ducta, et primitus super II capitulo et dixit super ipso esse verum quod dictus Martinus est inimicus dicti Petri Corts. Interrogata quomodo scit et dixit pro eo quia dictus Martinus pintoris est vici-nus istius testis. Interrogata super III capitulo et dixit fore verum quod dictus Mar-tinus Mayolli et dictus Petrus Corts habuerunt bricam ratione contenta in dicto capitulo. Interrogata de tempore et dixit se non recordari. Interrogata de presentia personarum et dixit quod qua-si omnes vicini carrarie istius testis. Interrogata si est instructa vel subornata et dixit quod non. In-terrogata [...] vellet obtineri in causa et dixit potio-rem in iure.

- [27]. Petrus de Faro, civis Maioricarum, testis iuratus et interrogatus super capitulis infrascriptis, super quibus fuit tantum in testem productus de voluntate producentis, et dixit super ipso nihil aliud scire nisi quod quadam die, de qua iste non recordatur, vidit quod dictus Martinus pictoris et dictus Petrus Corts habuerunt contrastum ratione cuiusdam graecae.
Interrogatus super III capitulo et dixit super ipso fore verum quod dictus Martinus Mayolli et Petrus Corts habuerunt bricam ad invicem ratione contenta in dicto capitulo.
Interrogatus de tempore et dixit quod bene est annus lapsus.
Interrogatus de presentia personarum et dixit quod plures de quorum nominibus non recordatur.
Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non.
Interrogatus quam partem vellet obtinere in causa et dixit potior in iure.
- [28]. Bernardus Iohannis, frenerius, civis Maioricarum, testis iuratus et interrogatus super capitulis infrascriptis, super quibus fuit tantum in testem productus de voluntate producentis, et primitus super II capitulo et dixit super ipso hoc scire quod dictus Martinus pictoris est inimicus capitalis dicti Petri Corts, prout iste testes scit pro eo quia est vicinus istius testis.
Interrogatus super III capitulo et dixit super ipso esse verum quod dicti Martinus Mayolli et Petrus Corts habuerunt bricam ad invicem, occasione contenta in dicto capitulo.
Interrogatus de tempore et dixit quod bene sunt VII menses lapsi.
Interrogatus de presentia personarum et dixit quod plures de quorum nominibus non recordatur.
Interrogatus si est instructus vel subornatus et dixit quod non.
- [29]. Martina, uxor Marchi de Codaletto, testis iurata et interrogata super III capitulo et dixit super ipso fore verum quod ista testes vidit quod dicti Martinus Mayolli et Petrus Corts habuerunt bricam ratione contenta in dicto capitulo.
Interrogata de tempore et dixit quod non est adhuc annus lapsus.
Interrogata de presentia personarum et dixit quod plures de quorum nominibus non recordatur.
- [30]. Ramona, filia Jacme Saylseres de Valencia, testis iurata et interrogata super IIII capitulo, super quo fuit in testem producta de voluntate producentis, et dixit super ipso nihil aliud scire nisi quod dictus Bernardus Mayolli tenet pro amasia quandam mulierem quae est in burdello civitatis bene est unus annus et audivit lapsus prout comuniter fertur in dicto loco de burdello et aliud nescit.
- [31]. Margarita, filia Guillermi de Podio quondam, de Barchinona, testis iurata et interrogata super IV capitulo, super quo fuit tantum

in testem producta, et dixit super ipso hoc scire quod dictus Bernardus Mayolli tenet pro amasia quendam mulierem in dicto loco de burdello, prout pluries ista vidit ipsum bene intrare in domo dicte mulieris quam tenet pro amasia, ut est dictum et ita comuniter fertur in dicto loco de burdello et aliud nescit.

- [32]. Marió, filia Borrasi Fornos de Tarrachona condam, testes iurata et interrogata super dicto quarto capitulo et dixit idem ut supra deposuit in dicto testimonio dicta Margarita nihil addito, nihilque mutato.
- [33]. Raymunda Mulinera, testis iurata et interrogata super dicto IIII capitulo et dixit idem ut supra deposuit in suo testimonio dicta Margarita.
